



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXVII. Ludolph von Wedel, genannt von Crempzow, stellt über die Mühle  
zu Pegelow einen Lehnbrief aus, im Jahre 1339.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

jure, precaria, seruicio et vafallatu ac aliis obuencionibus et emolumentis, quocunq̄ nomine vel vocabulo nuncupentur, sicuti in suis metis et terminis continentur et prout eadem in pheodum ab eodem Domino Episcopo, Capitulo et ecclesia hactenus habuimus: et Specialiter quicquid juris, domini aut vafallatus vel seruicii in eisdem bonis habuimus tam ex parte nostra, quam aliorum modo alio et quocunq̄ et jure hereditario vel pheodali ad nos perlinuit vel pertinere possit in futurum, pro mille octingentis et quinquaginta marcis denariorum vsualium nobis plenarie et sufficienter certificatis. Resignauimus eciam manualiter dictam nostram ciuitatem et terram, dominium vtile et directum, jus vafallaticum et quicquid juris, commodi ac vtilitatis habuimus bonis in predictis, in manus domini nostri Episcopi prefati ad vsu et vtilitatem capituli et ecclesie memorate, abdicantes a nobis per presentes et nostris successoribus quibuscunq̄ proprietatem, dominium, vafallatum ac omne jus quodcunq̄, quod in dicto castro, ciuitate et terra premisis habuimus vel habere possemus in futurum et ea transferimus in dominum nostrum Episcopum predictum, capitulum et ecclesiam memoratam, nichil juris in eisdem nobis, heredibus vel successoribus nostris penitus referuantes. In cujus rei euidentis testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Testes huius sunt honorabiles viri domini Fredericus de Eyctede, prepositus Colbergenfis, Fredericus de Stegelitze, vicedominus Caminenfis, Herderus Ghemelin, custos Colbergenfis, Otricus de Dewitz, miles, Hermanus Damisse, Godscalcus Wedelstede, Henningus Pauli, Paulus, eius filius, viko Drosedowe, Doringk aliiq̄ plures fidedigni ad premissa vocati specialiter et rogati. Datum et actum Cörlin, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo nono, Sabato ante dominicam, qua cantatur oculi mei semper.

Nach einer Abschrift in der Dreger'schen handschr. Sammlung.

XXVII. Ludolph von Wedel, genannt von Crempzow, stellt über die Mühle zu Pegelow einen Lehnbrief aus, im Jahre 1339.

Vniuersis Cristi fidelibus presens conspecturis ego Ludolfus de Wedele, vafallus, cognominatus de Crempzow, cupio fore notum publice protestando, quod Hinrico Sukow et vxori sue Immen ac eorum filiis Rudolfo, Jacobo et Hinrico, Gotfrido ac eorundem filiabus et eorum veris heredibus manu conjuncta contuli molendinum in Pegelow cum quinque iugeribus agrorum in verum pheodum et legale, sine omni seruicio et exactione precarie libere possidendum ipso jure, quo bona mea a dominis principibus meis terre noscor possidere: nec debent aliqua molendina edificari sursum vel inferius super aquam, que crampel nuncupatur, quam diu transit meas possessiones. Insuper Hinricus Suckow et sui veri heredes in ipsis aquis Crampel liberam piscandi habebunt facultatem, hoc adjecto, quod mee ville, scilicet Pegelow, Dalow et Kisterow molere debeant ad ipsum molendinum, non alicubi alias. Debeo etiam viam liberam ordinare de villa Wulkow ad molendinum sepedictum. Ne acta et facta in tempore simul labescant cum tempore et a memoriis hominum recedant, necesse est, ea testibus et literis perhennari. Testes hujus sunt scilicet Hinricus de Wedele, cognominatus Poltzin, Lodewicus de Wedele junior,

filius Lodewici, Guntherus Borckenhagen, Hinricus et Bartholomeus Vorhowere, Petrus et Gotfridus Sukow junior, Johannes Clodow, cuius in noua Stargart. In cuius testimonium peracti sigillum meum presentibus est appensum. Datum et actum in Sukow, anno domini M. CCC. XXXIX.

Nach einer Abschrift in der Dreger'schen handschriftlichen Sammlung.

XXVIII. Markgraf Ludwig hält mit seinen Beamten Hasso dem Aeltern von Wedel und Thydekin von Brederlow Abrechnung nach dem Kriege mit dem Herzoge Barnim von Pommeru, am 1. Januar 1340.

Anno domini M. CCC. XL., in die circumcissionis domini, in ciuitate Spandowe. Audita et cognita computatione strenuorum virorum Haffonis senioris de Wedel et Tydekini de Breyderlo, officiorum nostrorum, ipsis ipsorumque heredibus ultra singula et vniuersa, occasione guerre et dissensionis cum magnifico principe Barnym, duce Stetynensi, auunculo nostro dilecto, habitatum, et alia quecunque nostri nomine distributa seu percepta, in Summa Mille trecentenarum et LXX talentorum minus III solidis denariorum Brandenburgensium, C et LIII marcarum argenti Brandenburgensis et ponderis obligati remanemus et presentibus remanemus. Promittentes ipsis ipsorumque veris et legitimis heredibus de ipsa summa respondere plenarie, vel sic pro ipsa cum ipsis componere, quod in ipsa compositione bene poterunt contentari. Addicientes si in ipsorum computatione aliqua incidisset ignorantia vel negligentia, quod non credimus, illas secundum iuris exigentiam, prehabita prius inquisitione et scrutinio maturo, poterimus, dum decreuerimus, emendare. In cuius etc. Testes Io. Buch, Betkinus de Ost, Johannes Hufener, Beringerus Heylo, Bombrecht pincerna cum ceteris, G. Wolf.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XXIX. Friedrich von Wedel in Mellien vergleicht sich mit dem Domcapitel zu Camin über den Zehnten in seinen Pommerischen Gütern, am 6. März 1340.

Vniuersis Cristi fidelibus presentes literas auditoris seu visuris. Ego Fredericus, famulus, dictus de Wedele, morans in Melne, cupio fore notum presentibus lucidius recognoscens, Quod inter honorabiles viros dominos Bernhardum, prepositum, Johannem, Decanum, totumque Capitulum et ecclesiam Caminensem parte ex una, et me parte ex alia, super decima ipsius ecclesie, super qua inter nos utrobique aliquamdiu extitit discordatum, placitatum et concordatum